Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31717
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



Reuerentissimo & sanctissimo fri augustano epo. Gregorius seruus seruorum dei.
Cum certum sit pontificum deo laborantibus ineffabilia cum regni premia reseruari nobis tamen necesse est honorum beneficia tribuere. ut spiritualis operis studio ex remuneratione ualeant multiplicius insudare. Et quia noua anglorum ecclia in omnipotentis dei gratiam coepto domino largiente & te laborante perducta est. usum et pallium inca adsolia missarum solempnia agenda concedimus. tua ut per loca singula xii. epos ordines. quos tue subiaceant dictioni. quem lundoniensis ciuitatis epc semper inposterum a synodo propria debeat electari. atque honoris pallium abbacia sca & aplica cui deo auctore deseruio sede percipiat. Ad eboracam uero ciuitatem te uolumus epm mittere. que ipse uidicaueris ordinare. tua dum taxat ut si eadem ciuitas cum finitimis locis uerbum dei receperit. ipse quoque xii epos ordinet. & metropolitani honore perfruatur. quia ei quoque si urbs comes fuerit pallium tribuere. deo fauente disponimus. Que tamen tue fraternitatis uolumus dispositioni subiacere. Post obitum uero tuum ita episcopis quos ordinauerit persistat. ut lundoniensis epi nullomodo ius subiaceat. sit uero inter lundonie & eboracee ciuitatis epos inposteris honoris ista distinctio. ut ipse prior habeatur qui primitus fuerit ordinatus. communi auctoritate & concordi actione queque ad profectum xpiani agenda disponant unanimiter recte sentiant. & ea que senserint non sibimet discrepando perficiant. Tua uero fraternitas non solum eos epos quos ordinauerit. neque hos tantummodo qui per eboracee epm fuerint ordinati. sed etiam omnes britannie sacerdotes habeat deo domino nostro ihu xpo auctore subiectos. quatenus ex lingua & uita tue sanctitatis. & recte credendi. & bene uiuendi formam percipiant. atque officium suum fide ac moribus exequantur. ad celestia cum domino uoluerit peruenire. Deus te incolomem custodiat reuerentissime fri
Data die. x. kalendas iulias imperante domino mauricio tyberio piissimo
anno xviiii. principatus eius anno xx. mo. iii. Indict. quarta. xxx.
Beuentibus autem patris legatariis. misit per eos beatus papa gregorius littras memoratu dignas. in quibus aperte qualiter studiose erga saluationem nre gentis inuigilauerit. ostendit. ita scribens. Dilectissimo filio meliito abbati. Gregorius seruus seruorum dei. Post discessum congregationis nre quem recum eo. ualde sum suspensi reddit. quia nihil de perpetrate uie tuneris audisse nos contigit. Cum quo deus omnipotens uos adtuerentissimum uirum fratrem nrm augustinum epm perduxerit. dicite ei. quod diu mecum de causa anglorum cogitans tractauit. uidelicet quia fana idolorum destrui in eadem gente minime debeant. sed ipsa que intus sunt idola destruant. Aqua benedicta fiat. in eisdem aspergatur. altaria construant. reliquie ponantur. quia si fana eadem bene constructa sunt. necesse